

83. D^o DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,
 SISTENS
 QUÆDAM
PLICÆ PATHO-
LOGICA,
 Germ. *Juden-Zopff*, Polon. *Koltun*,
 QUAM
SUB UMBONE ALTISSIMI
CONSENSU ET AUCTORITATE GRATIOSÆ
FACULTATIS MEDICÆ
IN ACADEMIA ALBERTINA
PRO GRADU DOCTORIS,
 SIVE
SUMMIS IN MEDICINA HONORIBUS
ATQUE PRIVILEGIIS,
 MORE MAJORUM, RITE CAPESENDIS,
 DIE XXIX. JANUARII ANNO CHR. MDCCXXXIX.
 HORIS ANTE ET POST MERIDIEM.
 IN AUDITORIO MAXIMO,
 PUBLICÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET
 DEFENSURUS
MICHAEL SCHEIBA,
 STRASBURGENSIS PRUSSUS.

thol. spec. REGIOMONTI. LITTERIS REUSNERIANIS.

87,30

Mbifac. 2468

Digitized by sista
MEDICAL LIBRARY
QUADRIVIA
ON TAKHADJIA
AD OEGOGA
GEOGRAPHIA
SUB UNDIONE ALTISSIMA
CONVENTUS ET ACADEMIA
RUMICULTUS MEDICALIS
IN ACADEMIA ALTERNA
PRO GRADU DOCTORIS
SVMIS IN MEDICINA HONORIBUS
ATQUE PRIVILEGIIS
MRE MAJORI RITE CALLESENDIS
DIE XXII JANUARI ANNO CHR. MDCCXXXIX
HORA ANTE POST MERIDIEM
IN AULAE ORATORIO MAXIMO
PRINCIPALIA MUNIMENTA SUBCINCTA
DEFENSURIS
MICHAIL SCHERBA
STRASBURGENSIS PRUSSIA

AUGUSTISSIMO. POTENTISSIMOQUE.
PRINCIPI. AC. DOMINO.

DOMINO.

AUGUSTO. III.

REGI. POLONIARUM.
MAGNO. DUCI. LITHVANIÆ.
RUSSIÆ. PRUSSIÆ. MASOVIAÆ.
SAMOGITIÆ. KJOVIÆ. WOLHYNIÆ. PODOLIÆ,
PODLACHIÆ. LIVONIÆ. SMOLENSCIÆ.
SEVERIÆ. CZERNIECHOVIÆQUE,

NEC. NON.

HEREDITARIO. DUCI. SAXONIÆ,
ET. PRINCIPI. ELECTORI.
S. R. I. ARCHI-MARSCHALLO,
ETC. ETC, ETC.

PATRI. PATRIÆ. PI. FELICI. INCLYTO.
REGI. ELECTORI. AC. DOMINO. MEO.
LONGE. CLEMENTISSIMO,

UNIVERSITATISIMO POTENTIASSIMO
PRINCIPI AC DOMINO.

DOMINO
III. OTGODUA
REGI POLONIAE
MAGNO DUCI LITHANIAE
RUSIAE PRUSSIAE MASOVIAE
SAMOGITIE RIONE WOLHYNIE PODOLIE
PODACHIE LIVONIE SMOLENSCIE
SEVERE CSEVENECHOVIAE

NEC NON

HEREDITARIO DUCI SAXONIE
ET PRINCIPI ELECTORI
S. R. I. ARCHI-MARSCHALLO
ETC ETC ETC

PLATY FORTIA TIO HELIC INCULTO
DECI ELECTORI AC DOMINO MED
LONCE CLEMENTISSIMO

*Augustissime ac Potentissime Rex,
Domine, longe Clementissime,*



*Omini Tuo Sacratissimo, Princeps Indul-
gentissime, levem hanc Disputationem,
ut sacrarem non temeritas quædam
impulit, sed Clementia Tua expressit,
Quamvis enim Humeri Tui, vastissimi
Imperii molem sustineant; tamen Majestas Tua Regia, non*

semper turbido gradivi Martis spectaculo imbuitur, sed aliquando Regiis Curis literarum blanditias interponit. In spem itaque ingredior fore, ut non in malam Rex Augustissime interpreteris partem, quod exilis, obscuri, sed castissimum obsequii splendorem affectantis ingenii partus, Regiis Pedibus advolvatur, & devotissimam subjectionem declarandi causa Majestati Tuæ dicitur.

Quodsi enim Regiae Tuæ Clementiae tanquam Radiis, omnis illuminatur Polonia, imo & vegetatur, ita, quo minus vel sub Tua Umbra & ego tuto conquiescam, nihil est, quod me deterreat. Tu enim Princeps, a Summa Majestate ob libertatis vindicias, & Cœlestè Pacis sidus, Regno redonatum, exoratus, virtutes avitas, Paternasque exactissimo compendio terrarum orbi ostentas, & Propriis majorem in modum illustras. Jam ex vultu Tuo Regio, delicias generis humani subditus legit, Trajani Bonitatem, Felicitatem Augstli in Te venerabundus suspicit, & inde fidei suæ experimenta summa cum obsequii gloria non e siglo aut industria nostra inservit, excepit.

Ex
tempore

exhibit. Quid? quod *Magnitudine Tua*, *Princeps Serenissime* non cives modo vincis, sed etiam hostes, ut hi *Nomini Tui Augustissimi Fulgore contremiscant*, illi ad *Gloriam Tuam aeternitatis Capitolio inferendam honesto* inter se certamine contendant, novamque annalium immortalium materiam feliciter omninentur. Sed quid soli fœneror lucem? quid mea dicendi infantia *Virtutes Regias*, Domine, temerare audet? quibus enumerandis vix totus eloquentiæ ambitus sufficit, cum plus simplicemente, quam meditatis artificiosi Panegyrici formulis delecteris.

Votis ergo hæc potius exprimam: *Vivas diu Domine Clementissime*, ut *Gloria Tua*, ultra *Triumphatoris Divi Patris Immensos Triumphos evagata*, auream suspiranti Poloniæ ætatem redonet. *Brevibus: sis Tremendus armis*, *Potens Consiliis*, effectu Felix. Sic Te sospite, *Serenissime Princeps*, invidenda, Populus Tuus, felicitate fruatur. Tandem a *Tutelari Tua Majestate exoratum eo,*

con-

concedas pro *Clementia Tua* ut *Regiae Majestati* *Tua*
conatus meus in humillimo subdito obsequii sit testis,
qui ad *Regios Pedes* dejecta in cultum cervice procumbens,
permanet.

Sacrae Regiae Tuæ Majestatis,
Domini mei longe Clementissimi,

intelligentibus suis quibusque diligenter
aliumque suorum filiorum etiamque
eis, quod nec deinceps.

Quid tuus es : etiamque quod ogo esto
unotadquisit : satis : et tu Opere tu

unotadquisit : et tu Opere tu

Fidelissimus subditus
& in imis
servus

MICHAEL SCHEIBA.

COB.

PROOEMIUM.



Uemadmodum complures morbos , qui antea in Europæ regionibus non animadvertebantur , tandem innotuisse , constat ; (cujusmodi sunt : Petechiæ variolæ & morbilli cet.) Sic de Plica pilorum , quæ in præsenti paucis considerabitur .

relatum legimus : DOCT. LAURENT. STARNIGELIUM , Academiæ Zamosciensis Rectorem & eloq. Prof. ad academiæ Patavinæ Profess. Medic. anno 1599. ult. d. Octobr. epistolam scripsisse , qua ille ab his , contra hunc Plicæ adfectum ceu insolitum & plane mirificum , consilium auxiliumque sibi expetit vid. SENNERT. L. V. P. III. Sect. II. Cap. IX. pag. 323. Unde , hauc Plicam vel plane ignoratam vel ad minimum non tam familiarem ante ea fuisse , facile conjicere poterit quisque , conf. SCHENCK. Obs. Med L. I obs. 13. referens : Horridum quoddam impexum adeoque intricatum capit is atque barbæ capillitum nostris (Brisgojis & Alsatis) nunc haud infrequens , ceterum veteribus cujuscunque ætatis Medicis incognitum , observare licet &c. Utrum vero Polonis prius quam Brisgojis & Alsatis Plica fuerit nota non adeo liquet. THUANUS quidem Hist. l. 123 annum 1599. secundum STARNIGELII , modo nominati , epistolam determinare videtur , sed meininit quoque : HERCULEM SAXONIAM in responione ad STARNIGELIUM dedisse , quod Plica jam anno 1564. in Alsacia & multis Germaniæ locis fuerit observata. Alii denique initium jam anno 1279. ponunt vid. CONNOR.

A

de-

descriptio Regni Pol. p. m. 762. vel aet. Wratislav. annum 1718.
pag. 1750. Sed quoniam parum interest , tempus , quo po-
tissimum Plica ortum sumpserit , curatius determinare &
minus; facilius percontatione hujusque in morbi histo-
riam inquisitione (præsertim cum paucissimi hac de re iis
locis ac temporibus viventes , memoriae prodidere) super-
sedere possum. Quæ cum ita sint , jam in præsentia , au-
xilium Divini Numinis, ad propositum opus , supplicibus
imploro precibus.

§. I.

*Etymolo-
gia.*



Licæ pilorum, a plicando alii deducunt nomen
sustinentes plicare a græco πλέκειν, quod est
plectere, nectere, texere, derivari posse per
quam commode (*) alii vero a proprio quasi
idiomate Gwozdziec vel Gozdziec , quod latinis clavum
significat, græcis autem ἥλος petunt ; hinc talem adfe-
ctum alii & Helotidem vocarunt , & quidem ideo quia in-
star clavi partibus solidis impacti continuaum frangentis,
ossa & membra Corporis H. fere omnia infringit quasi,
excruciatque : Quarum utraque derivatio , suo respectu,
omnino valet.

§. II.

*Synony-
mia.*

Vocatur subinde : **Plica Polonica** (†) morbus seu
tricæ

(*) Quia pili mirifice inter se complicati sunt.

(†) Quod in quibusdam Poloniæ regionibus hic morbus quasi
endemius observatur ; attamen & aliarum ditionum incolæ
non excipiuntur. v. g. Borussiæ, ut ipse nonnunquam animad-
verti licet non tam frequens sit) Germaniæ, Panoniæ, Russiæ
nigræ &c. testantur id hinc inde Ephem. N. C. & aet. Wra-
tislau, conf. & Schenck. in procem, jam citatus.

ericæ capillorum , cirrorum complicatio sive conglutinatio (†) Germanice : Jüden-Zopff, Maaren-Glecht-Kletste-Locken-Wirkung , (††) Wichtel- und Weichsel-Zopff. (*) Vernacula per Koltun vel Gozdziec exprimitur.

§. III.

(†) Ante hujus Plicæ definitionis exhibitionem , de *Origo & ejus ortu*, respectu (**) partium Corporis humani, ex quibus propullulet & cum quibus immediate quasi cohæreat, paucis disquirere placet. Plicam in pilorum complicacione sese manifestare negabit nemo , nisi , qui oculis eam creverit nunquam ; Pilos vero in nervis radicari , anatomiae perscrutatores abunde demonstrant (†*) cum autem *Plica contalisa complicatio* in statu secundum naturam evenire ne-^{tum p. n.} situit si- queat (alias omnibus familiaris esset) statum præter natu- galem , concorrentibus fere semper acerbissimis Sym-

A 2

ptoma.

(†) Quia cirri excrescentes cum vicinis pilis implicantur.

(††) Superstitione ab in cuborum tricis, quos sugere perhibent, sic denominatur.

(*) Quoniam circa vistulam , (Weichsel-Strohm) degentes ea ut plurimum adfici fertur.

(**) Si quæsiveris locum Corp. Hum. erit non in capillis solum, sed etiam aliis in locis v. g. sub axillis ut Celeber. D. VATERUS testans citatur a MICH. LÜTTCKE, Med. Doct. in dissert. de Plic §. VI. Aliquando & in barba nec non in pudendis observata est ut aet. Wratislau. ann. 1718. Mens. Octobr. p. 1755. exstat & T. 3. Ephemer. cur. obs. 220. in pube muliebri.

(†*) Inter reliquos HEISTERI Comp. Anat. §. 199. Tit. de origine, evolvi potest.

ptomatibus, significari, idcoque rationem cœu causam proximam vel immediatam in ipsa succi nervi dyscrasia (†) non posse non quæri, adfirmare non dubito (*).

§. IV.

Definitio.

Hic jam ipsam Plicæ definitionem seu potius descriptionem exhibere animus est. Est vero morbus (§. 3.) in pilorum corporis, ut plurimum capitatis (***) invaginatione & conglutinatione consistens; a causis potissimum internis (†*) per excretionis modum, humoribus viscidis ad hæmorrhagiam tendentibus, ad pilos e corpore propulsis, & symptomatibus variis acerbioribus stipatus, proveniens, qui Plicæ nomine satis apte insignitur.

§. V.

(†) Hic non excluduntur & aliæ causæ mox recensendæ.

(*) Indubiam intercedere connexionem Plicæ cum nervis ipsa testatur experientia. Verum enim vero sæpius, ea abscissa, factum est ut majora, a nervoso systemate turbato deduentia mala sint secura, sicuti: visus privatio, convulsiones & varia morborum spasmodicorum genera. Inde hocce phænomenon commode sic explicari potest: impedita videlicet humorum corruptorum viscidorumque excretione jam adsueta, non solum percutis poros in forma sudoris aut ecthymatum, sed etiam per ipsos capillorum poros ac tubulos e nervis fiente; nervi sive sint optici sive alius census a materia remansâ lardantur necessario sequitur.

(**) Conf. §. 3. not. **.

(†*) Hic non excluduntur causæ reliquæ v. gr. hereditaria dispositio & res non-naturales peculiaris qualitatis (ut infra patetebit.)

3

Definitio jam exhibita ad causas progrediendum *Causa*
necessitatem duco. Quorum paucas tantum (multæ quidem^{1.)} num. &
recenseri atque enumerari solent, quæ tamen adhuc mor-^{veneris}
buni producendum nec sufficiunt neque in eum cadunt)
hic percontari in animum induxi. Primum, a Venere
ipsa, cuius abusum Plicæ viam sternere, absque sufficiente
tatione perhibentes derivant non pauci (†) quorum sen-
tentiae, contrarium probante scilicet experientia, cui
omnino repugnat, subscribere neutquam possum. Enim
vero, Plicæ causa si esset abusus *veneris*, iis certe in re-
gionibus, ubi ipsa lues venerea (quæ utique *veneris* sup-
ponit abusum) morbi instar endemii grassatur (& inde pro-
prio quasi nomine malum *Neapolitanum* &c. insigniri
suevit) Plica maxime familiaris esse deberet; quæ tamen
in Gallia & Italia raro aut nunquam, itinerariis atque hi-
storiis hac de re silentibus est animadversa.

§. VI.

Porro ad causas & quidem remotas, capillos pe- *Num. a*
Etendi negligentiam perperam referunt nonnulli. Sed *negligentia*
iniquitas opinionis ex sequentibus patebit. Notum enim *peccandi*
est: hanc gentium nobilissimam, nunc patrio mo-
re, ante jam aliquot secula (*) laevi capite incedere,

A 3

con-

(†) Vid. JOH. ZEIDLER in dissert. de Plica Lips. 1623,
theorem. XVII. qui varias adhæc adfectata ratione profert cau-
fas tam e rebus naturalibus, non-natur & præternatur.

(*) Sec. XI. occasione & in memoriam Regis sui CASIMIRI I.
vid. HÜBNER. Hist. Tom. IV. pag 483.

6
constituisse; Idcirco vel id ipsum monstrat, capillos & breviores & rariores, ad tam mirificam sui complicacionem, minus esse aptos & accommodatos: Cum primis aliarum nationum intuemur rusticæ sortis homines, qui & densioribus & effusæ sparsis procedunt capillis (neque excepta eos pectendi negligentia, uti ex forma & hic locorum cernere licet) his, ajo, longe communior, hac posita causa, observaretur Plica, quod tamen opinioni non respondet, Dein accedit & illud notissimum quod, dum ipsi Sarmatiæ incolæ persuaderi sibi patientur, posse nimurum quodam modo a negligentia capillos pectendi causam Plicæ derivari, eo exquisitus & crebrius capillis pertendis (præprimis generoso nati sanguine) operam nayent; nihilominus ab ea & talia subjecta infestantur.

§. VII.

Num. ab
ingestorum
quantita-
tē.

Deinde variae e rebus non naturalibus in medium proscruntur ab auctoribus causæ quarum inter ceteras prodeant primo ingesta; in his, contra Diætam peccando utriusque tam cibi quam potus excessum accusant. Sed quid & hac de opinione sentiendum, cuiuslibet disquisitioni (pauca modo inserens) relinquo, Evidem omne in potu & cibo, (sed quoad qualitatem) negare causam audeo neutquam; id tamen, contra quosdam arguentes (†) & potulentorum (nimis scilicet spirituoforum ut est spiritus frumenti, mulsum, cerevisia multo lupulo condita &c. quibus Polonia abundat) & ciborum, justo maje-
re copia ingerendo, usum vel abusum, constanter nego.

Etenim

(†) Vid. §. sti mot. (†).

Etenim ab ipsa, cum antecedentibus, refellitur & id experientia; cui namque ignotum est, quantus, ex his licoribus in spirituorum fortissimo ferme, ab anglis sese delectantibus illo, excessus fuerit commissus; adeo ut non, nisi freno, eodem arcere potuerint (*) tamen de Plica ibi ne suspicari quidem licet vel ideo quod neque mentio de ea; (de qua tamen ceu insolita ibidemque locorum ferme inaudita omnis fama legeretur,) est facta, neque historiae quidquam habent, ut taceam itineraria. De nimia tandem cibi ingesti copia brevibus dico quod non in ejus copia sive quantitate excedente causa quædam Plicæ sit ponenda; par etenim cum antecedente est ratio & quid obstat, de individuorum nonnullorum aliis cujus cunque gentis voracitate, ut & ebrietate, atque sic utriusque excessu, adserenti; sane video nihil. Quæ cum ita sint, jam qualitatem tam cibi quam potus disquiramus; quod itaque qualitas ingestorum notabile conferat momentum dubito nullus. Verum enim, potulentorum conditio sive partes constitutivæ imprimis aquæ (& per consequens & esculentorum quia in aqua coqui solent) magni certe erit momenti: quippe cum solertissimi indagatoris BONFIGLI, singularis industria in natura aquarum Polon. inquirenda, (de Plica Polonica pag. 14. seqq.) testatur. Quique variis tam argumentis quam experimentis, aquas Regni hujus latissimi plures explorando minerales sulphureas & oleosas se reperiisse confirmat (†)

taliū

(*) Referentibus a p. novellis.

(†) Non ero hic morosus juxta chymicæ principia prosię diceptare nempe utrum aqua oleosis particulis immixta naturâ detur, an vero secundum alios ex terreo-viscidis peculiaribus salinis particulis constet, non movebo litem.

talium itaque aquarum usu tam bibendo crudam (uti agrestes solent) quam etiam ex ipsa præparando cibos (†) (quod in generosioribus locum obtinere potest humores in Corpore humano non posse non vitiari, & sic in statum præternaturalem constitui probabiliter concludit. Quibus rebus fieri potest, ut humores crassiores & viscidiores, a modo nominatis causis atque aliis accedentibus Diætæ erroribus, redditæ, totam humorum crasyn turbent eamque depravent.

§. VIII.

Quibus rebus fit, ut depravatis humoribus, (a quibusvis demum id veniat causis) natura eos ceu noxios sibi e corpore proscribere admittatur; quem in finem motus iuscipit congestorio-hæmorrhagicos, quo materia corpori nociva foras eliminetur dum vero humores Corporis H. depravati existant omnes, non excluditur & succus ipsis nervis contentus, in nervis autem radicantur pili §. 3. per eos excretio ut celebretur, utile arbitratur natura. Ast cur talis humorum excretio alio non contingat modo, quam hoc potius per pilos mirifico? ratio tam a consuetudine ejusmodi affectu laborandi, quam a matris impressione in liberos propagata peti potest, ita ut hujusmodi excretionibus adeo adsuescat, natura, ut nulla alia, nisi hæc

(per

(†) Accedant adhæc cibi saliti, crassiores, oleosi, pisces saliti -ib aut: hælex &c. temporibus, quibus devota celebrari solent jejunia, quæ ad causam materialem constituendam, incrassando humores, conferre quidquam posse, facile largior.

(per pilos) eligat loca (†). Idea enim a parentibus in problem quasi transplantata (hereditaria hic respicitur dispositio) eique firmiter impressa, aliter fieri non potest, quam ut iidem motus, eadem versus loca congestiones instituendo, perficiantur. (*)

§. IX.

De subiecto pauca nunc veniunt notanda: quod *Subiectum*. nempe sexum atque ætatem adtinet, nullum intercedit discrimen neque unum præ alio subiecto, respectu sexus atque ætatis, hujus mali capacius esse judico; nisi sequentia excipias: subiecta nimirum hereditaria, uti jam dictum, dispositione, deinde hoc malum majorem in modum extimescentia ac in quibus denique vis imaginaria potens est; in his enim facilius motus ad imaginata & extimescenda loca auscultando procedunt.

B

§. X.

(†) Eadem & hic ratio est reddenda, quæ in variolis & his similibus affectibus; cur, postquam semel Europæ regiones ante incogniti, invaserint, nunc maxime solemnies permaneant.

(*) Ipse, in Patria, novi civem quendam Plica laborantem, qui maximam statim ab incunabulis, erumpentibus scilicet capillis, in pectendo filio adhibuit curam; sed quid factum? quarto circiter ætatis filii anno, præter opinionem, prægresso duorum dierum morbo non ita notabili, febris speciem præ se ferentis, Plica in conspectum veniebat & quidem una nocte; manifesto indicio hereditariam dispositionem insigne conferre posse momentum. Præterea & alii in therapia occurunt morbi in eo similes Plicæ e. g. hemorrhoidarii vel etiam calculo affecti parentes ut plurimum liberos ad talia mala minimum pronos, si negaveris dispositos, procreant.

§. X.

*Differen-
tia.*

Ipsius Plicæ in se spectatæ in eo consistit differen-
tia : ut scilicet respectu figuræ in masculinam & femini-
nam disperiatur Illa autoribus est , femininam immo or-
dinarios capillos longitudine superans , sed sparsim mox ex
syncipite mox occipite propendens & funicularum intor-
torum ad instar sese manifestans . Hæc vero (atrocior il-
la) mitræ seu pileo demisso , ex pilis meris , conflato simi-
lis , interdum adeo excrescens , ut pallii formam simulet ,
sistere se oculis solet . Est porro vel hereditaria vel ac-
cessoria . Deinde , ratione temporis vel recens vel inve-
terata . Denique , ratione subjecti vel Polonica vel Ger-
manica &c. illis præ his communior . Et tandem addunt
nonnulli , respectu gradus , malignæ & minus malignæ
differentiam .

§. XI.

*Signa Dia-
gnostica.*

Jam progressum ad signa Diagnostica , (quæ omni-
bus in morbis locum sibi vindicarunt) facio & quidem ita
ut generalius in eis enarrandis occupatus fuero , quæ simul
sumpta neque una vice neque semper in quovis adiunt
individuo , sed alia atque alia hoc vel illud detinent atque
excruciant subiectum . Sunt vero vel imminentem vel
præsentem morbum significantia primo instantis Plicæ
sunt : lassitudo corporis , adfectus febriles , convulsivi , ar-
thritici , spasmodici , dolores omnium fere membrorum ,
speciatim ossium tibiæ & fibulæ , humeri & femoris ho-
rumque incurvatio , tinnitus aurium , surditas , fa-
cies livido : pallida , cæcitas nonnunquam , adpeti-
tus prostratio , anxietas insignis , dolor capitis inten-
sior , delirium , externe etiam furfurum & pediculorum ge-
nera-

neratio &c. (*) Secundo, præsentis jam Plicæ signum est ipsa in conspectum prodiens Plica.

§. XII.

Prognosis dupli modo formari solet Quoniam alia boni alia mali est moris. Illa in talibus subjectis, quæ eam sine omni detimento ac potius emolumento per omnem vitam retinent (non male quia humores viscidi alios morbos causantes quasi purificationis ergo eliminantur & sic a multis morbis præcaventur) Hæc autem est illis, in quibus materiae excrementitiae eliminatio, a causis sive externis sive internis, impeditur, id quod majora producere solet mala (†) immo ipsam mortem, prior vero non ita.

§. XIII.

Ultimo tandem §o. jam præmissa theoria, ordine, sequi deberet ipsa therapia. De qua tamen tribus modo, ut ita loquar, iouiam verbis: ardua est res & nondum firmiter in experientia fundata, atque citare hac de re scriptores (*) quain eorum placitis, propria nondum probata (autorum remedia) experientia, subscribere satius arbitratus hic subsisto; insimul aliquando uberior exquisitus atque propria experientia, ea forsitan, si respondebunt, passim laudata ab auctoribus remedia adfirmando vel recipiendo communicaturus cum publico apud animum constitui

T A N T U M.

(*) Plura in Tract. BONFIGLI de Plica p. 25. 26. evolvi possunt.

(†) Vid. supra signum (*) ad § 3.

(*) Digna est omnino dissertatio quæ pervolvatur, & in eadem citati auctores, jam supra relata nempe M. LÜTTCKE qui maxima probabilitate nec minus rationabili methodo ipsam pertractat therapiam. & act. Wratisl. A. 1720 p. 403.

Co

So w źyciu ludzkiem wdroższy zawie Cenie/
Nad kruszec złoty i drogie Ramienie?
Jest i zostanie przyjaźń z właściwa trwała/
Szczera i stała.

Ta nie obłudna ku Twójey Osobie/

W sercu głęboko zpaczywaiac sobie
Na wierzbach wybiia / i / iawnie znać daie
że nie ustaie.

A tak na dowód mych ku Tobie checi

Affect Twój w świezey piastuiac Pamieci
Dlousec niestroyne moje Panegery

z oħoty szczerey.

Wtych wyrazaiać uprzeymie życzliwe

Wota / żadania / które Ci prawdziwe
Me przyjacielskie Serce intonue/
oraz winsuie.

Stopnia godnosci którego docieraſſ/

Pilnosci w Studiach nagrode odbieraſſ.
Żyje w czas pozny w zdrowiu doskonały/
w przyjaźni stały.

Bog nich Cie szczyci twey Stronie zprzyjaiac/

Intentom dobrym zkutek pozwalaiaç.

Koto Fortuny nich nawróci na Cie/

serdeczny Bracie!

Uprzeymych dici, i niepooglakowanym przyjaźni
dowod, wtych krotkich J. M. P. Auto-
rem, oswiadczą Słowiech

J. F. TSCHEPIUS,
Soldauia Boruss. Medic. Cultor.
Opponens.

Szczęście

Szczescie nie slepe wie Eomu holdowac/
Eomu uslugi sive ma ofiarowac/
niedowcipnemu eliskie daje dary
co niespodziaynie wymena sie przez spary
nikt ie oshuka i glebokim dolem/
bo biegi swoie / krazy iako Rołem/
złotym tez wabiem / nie z bestwi fortuny
gdy gniew surowy / rzuca iak pioruny
dochby ja obrat / i w cieskie pancerze
jednak impetem / lotny kurz swoj bierze.
Lecz tego sama na toniu piastune/
ktorego dzieka / rozum marszałkuie/
takiemu szciera za nos go nie wodzi/
wiedzac ze smiele znia za pasy chodzi/
i tam noyostrzyszym razem sie podpiera/
gdzie mocą wielką fortuna nacierze.
Także tez Ciebie Przyiacielu drogi/
szczescie chowalo / ześ nie zaznat trwogi
w Tobie nauki / i zupełne Enoty/
uwagi silne / iak insze przymioty:
Spokoynie gniazdo sobie założyły/
aby szesliwe lata ci wrozyły
nie dziwy tedy ze szczescie przydylne
Honory na cie spuścza nieomylnie
Znać ze cie z młodu iuz wykłysałos/
i mlekiem własnym wypielegowałos/
za najwyższeego piastuna swobody/
dla tego życzy tak hoyney nadgrodę
ktora do Tarczy Herbowney przypieślo †
rysując na niej Twoie sławne dzieło
do tego Celu zmierzac przykazuje
a bys nie chybili w tropach ci flakue.
Lecz to Fortunie boiażn bardzo mala
kiedy uważa ze Herbowna strzaka
iuz sam poszkodek Mety przepędziła
i tam Doktorskiej Czapki dostapila.

Zajezdziay

† Do sis sam Zmusc Tarcza pieczęcie, ktora sięała przyczadzia.

Zaiezdziay tedy na ten Læd godnosci
garniey sie smiele / do slawy iasnosti
chetna Fortuna niech cie secundue
zktora sie Doktor darmo nie zforceue
w zaczym biegu niech nigdy nie zboczy
nie roztargniony n pastem sie niech toczy
pedz dlugoletne / czasy wsczesni swoim /
a Choruiacych ciesz lekarstwem twoim.
Ja zas Two ku mie przyjacielskie czyny
napisze w regiestr / pozney Mnemozyny.

Temi slowy wsklepkich szczesliw ch Sukcessow do Promocii
cyi Doktorskiey J. M. Ci P. Autorowi winnowat
umyslit

JAN WERNER, Moscovia-Russus,
Juris Utriusque C.
Opponens.

 U evlft erwünschter Freund! zu den erhöhten Stufen,
Die sich Apollo schon vor längsten eingewehht,
Darauf er wiederum Dich unverhofft gerufen,
Wohin Dir meine Pflicht die letzten Wünsche streut.
Tritt denn getrost herauf und lass den Ruhm erschallen,
Der unserm Vaterland mit allem Recht gehört,
Zwar hindert wohl der Neyd ein so gerechtes Lallen,
Wenn man den Eifer offt mit allen Kräften steht.
Jedoch die Vorsicht wird Dich hieben unterstützen,
Die alles weislich führt, die keine Schranken kennt:
Ob Feind und bitterer Neyd die Matter Zähne spühen,
Bleibt Pohlens Freyheit doch auf ewig ungekränkt.
Man lästre noch so sehr der Theuren Väter Wachen,
Man seng' und brenne noch in höchst ergrimmter Wuth,
Die Edle Nation kan keiner wanckend machen,
Sie schützt des Königs Thron durch scharf erhieltes
Blut.

Doch

Doch wo gerath ich bin, ich soll die Schuld bezahlen,
Zu der die Freundschaft mich schon längst verbunden hält;
Nun ist von treuer Hand die vollgefüllte Schalen,
Wo mein entflammter Geist in Liebe dir gefällt.
Apollo bringet Dir den Lorber-Cranz entgegen,
Ein grosser Fürsten-Hof verlanget Dich zu sehn,
Gott cröne also Dich mit selbst erwünschten Seegen,
Glück und Zufriedenheit muss Dir zur Seiten stehn.
Wir ziehen denn beglückt nach wenig Tag und Stunden,
Von unserm Helicon in ein entlegnes Land,
Wo wir der Hoffnung nach der Rübe Blatz gefunden,
Die Ferne trennt doch nicht das feste Freundschafts-Band.

Seinem Hochwehrt-geschätzten Freunde
segte dieses wenige zum Andencken

Ernst Daniel Adami,
Zduna - Polonus.

Er die Gelehrsamkeit mit reiner Tugend paaret,
und seines Jugend Lenk der wahren Weisheit wehrt,
der bleibt auch in der Gruft vom Untergang befreit,
weil Fama seinen Ruhm auf späthe Zeit bewahret.
Hochwehrt-geschätzter Freund, Hygaa baut die Säulen,
die dein bemühter Fleiß sehr tief gegründet hat,
Sie reicht den Doctor-Huth vor dies geehrte Blat,
den Dir Ihr Orden soll mit ehreinst ertheilen.
Dein Glücke blühet auch in unserm Vaterlande,
ein grosser Fürst nimmt Dich zu einem Arzte an,
Zum Beispiel was der Fleiß vor Früchte bringen kan,
wenn Tugend mit ihm steht in festem Freundschafts-Bande.

Ich

Ich sehe schon im Geist den Ehren-Tempel offen,
wo Dein erhabner Ruhm der Welt vor Augen liegt,
und der Verdienste Zahl Dein Alter überwiegt.
Diß ist mein treuer Wunsch; diß ist mein festes Hoffen.

Siemit wolte dem Herrn Doctorando seine gerechte
Pflicht abstatten ein
erGebenStEr Freund und Diener.

Sonnet.

Grhabner Geister Art vergleicht sich Wasser-Flüssen,
Weil jeder wiederum nach seinem Ursprung kehrt;
GDie läßt das volle Meer aus engen Quell entsprisen.
Zu vor der starcke Strohm durch weite Ufer fährt,
Und jener Brust muß erst ein zartes Licht umschlüssen,
Bis die gewehnte Gluth läßt lichte Strahlen schüßen.
Doch beyder Wachsthum wird in erster Blüth verzehrt,
Wenn Flüsse nicht der Lauff, die Sinnen Fleiß ernährt.
Du giebst, Hochwehrter Freund, ein treffliches Exempel,
Denn da Dein munter Fleiß das grösste Werck gethan,
Führt man Dich wohlverdient in Pallas Ehren-Tempel,
Und leget Dir den Schmuck vor die Bemühung an.
Ich wünsche Heil und Glück: und kan daben erlernen,
Ein Fluß fällt in die See; Dein Ruhm steigt zu den Sternen.

Als ein Zeichen seiner Ergebenheit
und Freundschaft setzte dieses

Philippus Belger;

J. U. S. Luf.

